



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

143. Fer. 4. De corporis glorioso aureolis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

prium, quod non esset plenum, nisi acquireret simul dominium in omnia reliqua corpora inferiora. quò penetrent aliud corpus, seseque in idem spatium immittant, in quo aliud corpus reperitur, & per illud quantumvis densum sine læsione viam faciat.

*Cons. 3.* Cùm corpus gloriosum futurum sit tantò agilius, quò nunc est modestius, & tantò subtilius, quò nunc est simplicius, spectatâ dote hac geminâ, quomodo possum non esse modestissimus, & simplicissimus.

MEDITATIO CXLIII.

*Feria 4. post Dom. 3. post Pascha.*

*De Corporis gloriosi aureolis.*

**V**idebo præter immarcessibilem gloriæ coronam alias accidentales, quas Aureolas vocant, ex triplici victoria insigni contra inimicos capitales datas Martyribus contra mundum, Doctoribus contra diabolum, Virginibus contra carnem. Petam eas intelligere, & consequi.

*Cons. 1.* Quomodo prærer jucundissimum gaudium de corpore glorioso habeant insuper animæ beatæ Aureolas de actibus heroicis in vita factis, quibus respondent ornamenta distincta à dotibus Corporum beatorum, & ex primis esse Aureolam



250 *Feria 4. Dom. 3. post Pasch.*

Ingens est hæc Aureola: Quia Marrayrium non baptizatis loco Baptismi est.

*Conf. 2.* Alteram Aureolam esse Doctorem & Pastorem, propter charitatem & zelum ingentem, unde audient illud Ps. 20. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.* & Dan. 12. *Qui autem docti fuerint (active sumendum, id est, Doctores Fidei, pietatis, bonorum morum, exemploque suo præverint) fulgebunt quasi splendor firmamenti: Et qui ad justitiam erudierint multos, quasi stelle in perpetuas eternitates. Sunt alijs alia, sed nullis talia* 8. Aug. lib. de Virg. cap. 27.

*Conf. 3.* Aureolam Virginum, quæ decem titulis honorantur, Apoc. 14. 1. Quod cum Agno stent supra Montem Sion. 2. Quod habeant nomen Agni, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis. 3. Quod sint clariora radii Dei, ut tonitrua sonori. 4. Quod soli cantent canticum novum coram throno Dei, & quatuor animalibus, & 24. senioribus. 5. Quod empti de terra, 6. Quod incoquinati. 7. Quod sequantur agnum quocunque fuerit. 8. Quod sint primitiæ Deo & Agno. 9. Quod in ore illorum non sit inventum mendacium. 10. Quod sine macula sint ante thronum Dei. Detestabor, quidquid repugnat puritati operis, oris, cordis; optabo Spiritu

cura



*Fer. 5. Dom 3. post Pasch. 251*

um ad docendum alios exemplo, & verbo,  
& gratiam patiendi.

MEDITATIO CXLIV.

*Feria 5. post Dom. 3. post Pascha*

*De Corpore quoad sensus externos  
glorioso.*

**I**ntuebor, quomodo gloria Beatorum erit  
*speculum visui, cithara auditui, mel gustui,  
balsamum olfactui, flos desiderabilis tactui, ut*  
ait S. Bernard. Serm. de Omn. SS. Petam  
intelligere præmia sensuum externorum, &  
consequi.

*Cons. I.* Corpus gloriosum in potentia  
sensuum, qui juxta D. Thom: omnes erunt in  
suo actu, id est, cum suis operationibus: Quia  
sic erunt magis perfecti, quod decet statum  
gloriosum; si enim anima quoad intellectum  
beata erit fruitione Dei, etiam quoad sensum  
beata erit in delectatione objectorum sensibi-  
lium proportionatorum, ita ut quemadmo-  
dum in sensibus gravissimè punientur da-  
mnati, sic in eisdem ineffabiliter præmiabun-  
tur Beati. Erit igitur corpus gloriosum in  
visu; habebit enim oculus corporalis Beati  
suam felicitatem in visu omnium corporum  
Beatorum, & imprimis Immaculatae Matris  
Dei & Virginis, sed super omnia in Humani-  
tate Sacrosancta Christi. Comparebunt ibi

L 6 corpora